

No. 6. Um 1227.

Der Domprobst Heidenreich beurkundet, dass in der Streitsache zwischen dem Hospital und dem jüngst verstorbenen Ritter R. Quaz, dem der Domdechant Petrus ein ehrliches Begräbniss verweigert, mit zwei für die abwesenden Söhne des Verstorbenen eingetretenen Bürgen ein Vertrag abgeschlossen worden sei.

H. dei gratia Misnensis praepositus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in domino. Cum in octava apostolorum Petri et Pauli [ad] placitum, quod inter hospitale Misnense ex parte una et R. militem Quaz super silva et parte agrorum extirpata in Wilchs vertebatur ex altera, invitati fuisset, P. Misnensi decano ex parte hospitalis sepulturam dicti militis praepediente, pro eo quod eidem hospitali in silva et agris ipsis violentiam annis iam pluribus intulerat, tandem consensus partium resedit in eo, quod E. de Maltiz et H. filius da[piferi de Burnis] in manus domini decani fidem dederint, quod fi[lia] saepedicti R. qui tunc erant absentes ab actione silvae et agrorum [abstinere vellent], alioquin in festo sancti Michaelis proxime nunc venturo civitatem Misnensem intrarent, inde non exituri, donec vel dictus miles filii eiusdem iuri, quod pater ipsorum in silva et agris sibi competere dicebat, eidem penitus renuntiarent. Hu[ius rei testes] praepositus, P. et H. canonici, F. vicarius Misnensis, Andreas et Johannes subdiaconi, clerici, de Warta laici et alii quam plures. Quod si dicti ussum suum non curaverint uit per excommunicationis s

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. An einem von der äusserst schadhaft gewordenen Urkunde selbst zum Theil losgetrennten Pergamentstreifen hängt das Siegel des Probsts Heidenreich. Die zur Ergänzung der vorhandenen Lücken vermuthungsweise eingeschalteten Worte sind in eckige Klammern eingeschlossen.

No. 7. 1233. 19. Juni.

B. Heinrich eignet dem Hospital zu Meissen die an dasselbe von ihm mit Genehmigung des Capitels verkaufte Mühle in Meissen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus dei miseratione Misnensis episcopus pia consideracione pensantes, quod beatus sit, qui super pauperem et egenum intelligit, et ut nos eiusdem beatitudinis gratiam assequamur, libenter intendere volumus egenorum utilitatibus et commodis disponendis. Licet enim rerum a nobis gestarum diebus nostris posset rata et inviolabilis permanere ordinatio, propter infirmitatem tamen conditionis humanae et ob deficientem in hominibus memoriam naturalem ad ea, quae praesumuntur posse perverse vel temere immutari, explicanda diligentius et efficacius confirmanda rationis ordine requiruntur amminicula scripturarum, ut per ea quae geruntur fiant certa posteris et transgrediendi vel contradicendi cesset obiectio habitis super gestae rei autenticis instrumentis. Notum itaque esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos molandinum nostrum in Misne situm, quod olim spectabat ad redditus mensae nostrae, de communi consensu et